Commendo me Tuę Amplitudini 6.

Ignosce brevitati literarum mearum, nam dum illa
scriberem fui bis ebrius. Quod amplius postea
etiam Comitiorum ~~[illegible]~~ ob eiectos ~~eos~~ Veteres
Regentes, provinciales nostri mirifice
triumphant, nam ex voto consecuti sunt omnia.
Veteres illi regentes amoti ad unum omnes sunt
a magistratu suo, et turpiter eiecti hac proximis
diebus cum consensu principis Karoli, quam
rem sero triumpho, quae res molestissima
est ipsi Tainstetter, dum non, tu scis quod solet
delusus est, tu quod mecum aliquid habuit
tractavi, scis quod vero usque Constantius constans
fuit quam ego in defendendis veteribus. Ipse autem
vacillabat nunc in illam nunc aliam partem tanquam
aliquis ambiguus Deus. Unum excellentiam tuam
scire volo quod fortasse non poenitendum tibi erit.
Cum Tainstetter amplo ore (ut solet) Karolum
regem extolleret cuique ceteris principibus totius orbis
~~[illegible]~~ anteponeret, ego, resumens victor ab hauster

meos. Simon Laz. et reliqui gregis epicureorum
pari retundere & viris meis ~~tauriscis~~ tauriat laudes
cumati sumus. at non tanti cum esse quam creditur.
suspicio inculpabiles que sese totos in plateis turpissimi Saturni
copia tradidisset. Cui non ... Tschrefer vel quod ...
hos viri arbitratu in aula plurimas fuit quoque fuerit
omnia, subito suasit me poeticus quidam furor, atque ex
tripode apollinis depromisse hunc versiculum quem
et veratum. Caesar in orbe tonat, Tschrefer
in orbe tonat, que res ita conatavit hos
ut ea parum abierat, ut res inter nos ad manum
veniret, sic est ~~spectaculum~~ quidam inter nos concor-
dia discors. meis persuadere possum ut credam in viri
utriusque nativitate genesi horoscopantia sydera per commu-
tationes anguli orientalis et decimi (que res creditur
glutinare amicicias) irradiasse. Utrumque Tannstetter
victor omnes tibi bene cupiunt, plura ~~tecum~~ tecum
agam ubi crapulam edormiero, vale mi
cum uxore tua et liberis si quos. Ex Vienna
vigesima sexta die Januarii .1521.

M. Georgius Rithaymer

Georgius Rich.
Gaiman.

Clarissimo viro
Ioachymo Vadi-
ano artium et
medicinae do-
ctori amico
meo singulari

zu 6